

**V**t quid fremuerunt gentes. et populi meditati sunt inania.  
 Adstiterunt reges terrae. et principes conuenerunt in unum.  
 aduersus dñm & aduersus xpm eius. Pro eo dictum est  
 ut quid. ac si diceretur frustra. Non enim impleuerunt  
 quod uoluerunt ut xps extingueretur. Dicitur enim hoc  
 de persecutoribus dñi. qui et in actibus apostolorum comemorantur.  
 Distrumpamus uincula eorum. & abiciamus anobis iugum ipsorum;  
 Quamquam <sup>eni</sup> possit et aliter intellegi. tam aptius ex eorum persona  
 accipitur. quos dixit inania meditatores. ut hoc sit. distrumpamus  
 uincula eorum. et abiciamus anobis iugum ipsorum. Demus opera  
 ut non nos alliget. neq. imponatur nobis xpiana religio. Qui habitat  
 in caelis irridebit eos. et dñs subsannabit eos. Repetita sententia ē.  
 Nam pro eo quod est. qui habitat in caelis. subsequenter positum ē dñs. &  
 pro eo quod est irridebit. subsequenter positum est subsannabit. Nihil  
 horum tamen sapere oportet carnaliter. quasi aut buccis dñs irrideat.  
 aut naso subsannet. Sede uis accipiendae. quam dat scis suis. ut futura  
 cernentes. Idest nomen xpi. & dominationem per uagaturam in posteror.  
 et uniuersas gentes obtenturam. illos inania meditatores ee intellegat.  
 Haec enim uis qui a ista praesentis. In rursu die et subsannatio. Qui habitat  
 in caelis irridebit eos. Caelos. si animas scis accipiamus. per has eos utique  
 p̄ sciens. quid futurum sit deridebit dñs. et subsannabit. Tunc loquetur  
 ad eos in irasua. et in furore suo conturbabit eos. Et hic non absurde accipi  
 tur repetita sententia. Ut loquetur ad eos. hoc sit conturbabit eos. Pla  
 nius enim ostendens. quomodo ad eos loquetur dixit. Conturbabit eos  
 in irasua. hoc sit in furore suo. Iram autem et furorem dñi dñi. non turba  
 tionem mentis oportet intellegi. sed uim quae iustissime uindicat. sub  
 iectam sibi administrerum uniuersam creaturam. Praecipu. e naq.  
 p̄ uidentum ē. et tenendum illud. quod scriptū ē in ecclesiastico. Tu autē  
 dñe uirtutum. cum tranquillitate iudicas. et cum magna reuerentia  
 dispones nos. Ira ergo die motus. qui sit in anima quae legem dñi nouit.